520.

[Vor 1234 Nov. 18.]

Hdschr.: Or. verloren. Regest in einem alten Repertorium, welches bei dem Kopial RRI. 16 (Saec. XVI in.) liegt. Haus- und Staatsarchiv Gotha.
Anm.: Die Urkunde ist ausgestellt vor des Landgrafen Eintritt in den Deutschorden am 18. Nov. 1234.

Einigungsbrieff landtgraff Cunradß des jungern ueber einen hoff am Closter zu Ichtershausen gelegen.

521.

Papst Gregor IX. fordert den Markgrafen von Meißen u. a. deutsche Fürsten auf, sich im nächsten März mit Kriegsmannschaft für den Kreuzzug in's Heilige Land einzustellen.

Perugia, 1234 Nov. 27.

Hdschr.: Reg. 17 fol. 234ᵇ No. 333. Vatikan. Archiv.
Gedr.: Mon. Germ. Epp. Pont. 1,497. Potthast 9776. Böhmer-Ficker 7052.

Nobili viro . . duci Austrie et Stirie. Cum mater ecclesia multis excitetur Terre Sancte clamoribus, ut eius miserando statui etc. ut in illa de episcopis[a]) usque: tollitur, nisi prius discordes in pacis federa reformentur, et carissimus etc. usque: obtineri, nobilitatem tuam rogamus et obsecramus in domino Iesu Christo in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatinus prudenter advertens, quam sit tibi honorabile, quam salubre, si celi regem pro temporali devotionis obsequio tibi constituas ad dandum felicitatis bravium obligatum, ad subventionem ecclesie te studeas communire, ita etc. usque: reflorescat. Sicque fiat, quod ex hoc tibi a sede apostolica plenitudo favoris et gratie ac tandem proveniat retributionis premium sempiterne. Datum Perusii v. kal. decembris, pontificatus nostri anno octavo.

In eundem modum duci Karinthie. Item comiti palatino Reni et duci Bowarie. Item langravio Thuringie et palatino comiti Saxonie. Item marchioni Misnensi et Landespergensi. Item marchionibus Brandeburgensibus, ut alter eorum veniat.

Item duci Saxonie. Item palatino comiti Tu[b]ingensi. Item comiti Ascarie, qui veniat vel mittat filium suum.

Item duci Lotharingie. Item marchioni de Baden. Item duci de Lemburch. In eundem modum iuniori duci Brabantie. Item comiti Hollandie. Item comiti Seinensi[b]). Item comiti de Gelre. Item comiti Cleuensi, ut veniat vel filium suum mittat.

In eundem modum comiti de Hennenberch, ut veniat vel filium suum mittat.

Item comiti Tirolensi, ut veniat.

Item comiti de Gorze. Item marchioni Morauie.

Item regi Boemie fratri eiusdem marchionis, ut det ei subsidium in militibus.

521. *a) Vergl. Mon. Germ. Epp. Pont. 1 S. 496 No. 607.* *b)* Sernensi *Reg.*